



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Patricius Ep. 17. Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

cuntem columba comitari visa est, & ad extre-
mum in cælos sublimis abire. Eò per infima quæ-
que munera charitatis tendere HERIBERTVS. Ita-
que pauperculæ filium ipse sacro fonte voluit
mergere, alterum tollere mersum, pauperisque
cœnæ eo die conviva esse, docturus nostram æta-
tem, parvo (si velint) opsonare etiam infulas posse.
Jam monasterio construendo cum locū circum-
spiceret, hunc Deipara ipsa signavit, ut viderent
Mariani, quæ maximè ædificia VIRGO probaret.
Sub hæc cum infensus HERIBERTO S. Henr. Imp.
esset, castigatus à cælo non dubitavit cum hostili
animo purpuram exuere, & ad ipsos Pontificis
pedes descendere, veniam osculis lacrimisque ro-
gantibus. Jam moriturus hic heredes scripsit
(ad este testamento Pontifices) fratres suos, non
quos caro sed pauper Christus germanos fecerat,
quosque ille non fratres modò dicere, sed Domi-
nos etiam est solitus. Tum demum in cælum abiit,
non aberraturus, quia & Divorum choros obvios
habuit, & columba illi jam olim viam monstra-
vit. Ex Surio.

*Manus pauperis est Gazophylacium Christi ; Da
ergo homo pauperi terram, ut accipias cælum : da num-
mum, ut accipias regnum ; da micam, ut accipias totum.
Da pauperi, ut des tibi ; quia quicquid pauperi dederis,
tu habebis, quod non dederis, habebit alter.* S. Petri
Chrys. serm. 8.

S. PATRICIUS EP. 17. Martii.

PATRICIUS puer servitatem serviit Hibernis,
magno horum bono : è servitute enim domi-
nos suos servus eripuit. Id hoc modo factum.
Parvulum & Musarū sinu latrunculi in Hiberniam
abduxerunt.

Mart.
extre-
quæ-
. Ita-
voluit
isque
nata-
posse.
cum-
erent
paret.
.Imp.
ostili
tificis
ie ro-
cripsi
, non
cerat,
Domi-
abiit,
brios
nstra-
; Da
num-
totum:
ederis,
.Petr.
ernis,
domi-
ctum,
rniam
duxe.

17. Mart. VITÆ SANCTORVM. 145
abduxerunt. Ibi sues pascere jussus est nobilis pu-
fio. Agnosceres sanè margaritam ad pedes porco-
rum abjectam. Cæterūm ē scrobe, quem porci fe-
cerant, lytrum egerere Angelus jussit. Ergo in pa-
triam redux in disciplinam SS. Martini & Germa-
ni Antisiodorensis se dedit. Post hæc, ut Hibernos
Christo adjungeret, suaserunt somnia, in quibus
& accipere ex Hiberniā epistolas supplices, &
necdum natorum Hibernorum voces plorantium
opem audire sibi videbatur. Euntem igitur in pro-
vinciam suam, infulā Cælestinus Pont. donavit.
Anachoretæ baculo, quem, quòd ex manu JESV
accepisset, jussusque PATRICIO dare fuisset, ab
eodem, JESV baculum dixit. Ita armatus in Hi-
berniam venit, & æquis auribus tam diu auditus à
pluribus est, quoad de inferorum suppliciis dicere
cœpit. Hæc enim, velut fabella, risu excepta. At
PATRICIVS locum, ubi dicebat, scipione suo cùm
signasset, amplum terræ hiatum aperuit, jussusque
non fictis vocibus inferos ipsos concionari. Tunc
verò inferos esse inferis creditum est, locusque is
Purgatorium PATRICII appellatus, qui cùm om-
nem eam gentem in libertatem filiorum DEI af-
seruisset, annos natos C. XXII. ex corpore, alterā
servitute, abiit. Pilei loco Superi coronam dona-
runt. Ex Lippeloo & Pet. de Natal.

Propterea rectum fecit Deus hominem etiam corpore
ipso, & os homini sublime dedit, cùm prona utique spe-
ctent animantia cætera terram; ut attollens ad sidera
vultus illico suspiraret, ubi tam beatam & perennem con-
spicit mansionem. S. Bern. serm. de S. Mart.

G

S. GER-